Inscriptio ratione ædificiorum castri Graudencz.

98

Kazimirus Dei gratia rex Poloniæ, magnus dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæque domi- nus et hæres &. Significamus tenore præ- sentium, quibus expedit universis. Quia generoso Iohanni Sokolowsky de Wran- cza ratione ædificiorum, quæ facturus est circa reformationem castri Grau- dencz quinquaginta flore- nos Hungaricales dedimus et assigna- vimus, quos sibi in et super dicto castro inscripsimus et inscribimus, teno- re præsentium mediante. Dicta bona nostra regalia in eisdem quinquagin- ta florenis, tenendum, habendum, pos- sidendum, pacifice et quiete, cum eorum omnibus utilitatibus, tam diu quousque dicta bona per nos aut successores nostros fuerint integra- liter persoluta. Iuribus tamen no- stris semper salvis. In cuius rei te- stimonium, sigillum nostrum præ- sentibus est subappensum testi- monio literarum. Datum in conven- tione generali Piotrkoviensi feria

feria sexta post Sanctae Luciae, annô Domini millesimô quadringentesimô octuagesimô quinto

Preslaus Cancellarius

Relatio venerabilis Preslai de Kurozwanky Regni Poloniae Cancellarii.

Ta kopia przepisana z oryginału pargaminowego 1784. A. 27. Maia. u którego iest pieczęć na zawiaze pargaminowey iedna zepsuta.